



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 76. Varius Romæ de Regis conversione sermo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI. deferret, nihilominus postea illas ac-
 A.C. 1593. cepit, easque suæ mensæ imposuit.
 Igitur Orator Sanctitatis suæ pedes de-
 osculatus, obtenta abeundi venia ad
 eundem deducebatur locum, unde ve-
 nerat: altera autem die Francisco To-
 leto Cardinali colloqui jubebatur.

Ergo cum illo tertia jam vice lon-
 gius agens, tandem hoc in responsis
 accepit, quod Sanctitas sua petitam
 gratiam Regi concedere nequeat, cum
 is jam semel eandem ob causam sup-
 plex sacram Sedem interpellasset, postea
 vero rursus ad pristinos suos errores re-
 versus Religionem Catholicam, quam
 tum amplexus erat, abjecisset: cete-
 rum in hoc alludebat Toletus ad ea,
 quæ sedente Gregorio XIII. gesta fuere,
 dum Carolus IX. Navarræ Regem ad
 ejurandam suam hæresin adigens de-
 super ad summum Pontificem literas
 dabat: cum igitur Toletus Cardinalis
 haud ampliorem successus spem dare
 posset, Cliella Franciam versus iter ar-
 ripuit.

§. LXXVI.

*Varius Romæ de Regis conversione
 sermo.*

Hæc cum interea gererentur, Gon-
 zalez Pontius Legionensis, qui
 Papæ a cubiculis erat, Romæ de di-
 sciplina

disciplina Ecclesiastica tractatum edidit, Sæcul. XVI.
A.C. 1593.
 in quo propugnabat, hæreticum, re-
 lapsum, ac sæpius anathemate percul-
 sum in Regno Catholico non esse tole-
 randum, ac proin Præfulum Gallorum
 declarationem esse schismaticam, &
 tanquam talem a sancti Officii tribunali
 censuris notandam. Edito hoc scripto
 Arnaldus Ossatus calamum suum acue-
 re, atque opposito scripto respondere sta-
 tuit, necnon ex pluribus rationibus,
 quas sacri Canones, atque Ecclesiæ
 Doctores eidem suggerebant, demon-
 stratum ibat, quod Pontifex Regis con-
 versionem non modo absque ulla hæsi-
 tatione approbare, eumque ad sinum
 Ecclesiæ recipere possit, sed & tenea-
 tur: verum Ossatus tum Romæ agens,
 hoc suum responsum, quamvis illud sa-
 tis moderatum doctrinam apprime Ca-
 tholicam contineret, typis edendi fa-
 cultatem obtinere haud poterat, qua-
 propter nonnisi quosdam descriptos di-
 vulgabat Codices, qui tamen a Viris
 sano iudicio præditis cum applausu ex-
 cipiebantur, imo & ipsemet Pontifex
 hoc scriptum clam approbabat, hanc-
 que doctrinam sensim invalescere haud
 ægre ferebat.

§. LXXVII.